

Reparatus presbyter, agens vicem domini mei Aetherii episcopi Eliberitanae ecclesiae, haec statuta definiens subscripsi.

Clemens diaconus, agens vicem domini mei Joannis episcopi Iliplensis ecclesiae, haec statuta definiens subscripsi.

Ambrosius diaconus, agens vicem domini mei Giverici episcopi Mentensanae ecclesiae, haec statuta definiens subscripsi.

Egila diaconus, agens vicem domini mei Vigitini episcopi Vigastrensis ecclesiae, haec statuta definiens subscripsi.

Mattacellus diaconus, agens vicem domini mei Dudilani (14) episcopi Malacitanae ecclesiae, haec statuta definiens subscripsi.

Reparato, presbítero, vicario de mi Señor Eterio, obispo de la iglesia de Elvira, definí y suscribí estas constituciones.

Clemente, diácono, vicario de Juan mi Señor, obispo de la iglesia Iliplense, definí y suscribí estos estatutos.

Ambrosio, diácono, vicario de Giverico mi Señor, obispo de la iglesia Mentensana, definí y suscribí estos estatutos.

Egila, diácono vicario de Vigitino mi Señor, obispo de la iglesia de Bigastro, definí y suscribí estos estatutos.

Matacello, diácono, vicario de Dudilano mi Señor, obispo de la iglesia de Málaga, definí y suscribí estos estatutos.

(14) BR. E. 4. T. 4. 2. Dunilani.

## LIII.

### CONCILIO VIII DE TOLEDO.

Segun espresan las actas de este concilio se convocó en la era 691, el dia 16 de Noviembre, año V del reinado de Recesvinto. Túvose en la iglesia pretoriense de los apóstoles San Pedro y San Pablo. Y habiendo ya tomado los Padres asiento por su orden se presentó el rey, para encomendarse humildemente á sus oraciones; á cuya deferencia correspondieron los prelados con aclamaciones gozosas, y con gracias reverentes. Recibieron de él el pliego en que declaraba la fé católica que creia, y en el que al mismotiempo decia, que no obstante haber antes decretado que fuese irrevocable la sentencia pronunciada contra los que maquinasen quitar la vida al rey, ó perjudicaran á la patria, deseaba templaran el decreto, de modo que ni se faltase á la fidelidad del juramento, ni quedaran del todo cerradas las puertas á la piedad. Mas aun no se contentó con esto solo, sino que exhortó á los Padres á que miraran con toda vigilancia, y fallaran con justicia y misericordia las causas que se les comen-  
tían y las que ocurrieran: y ademas que restablecieran y declararan los cánones; de manera que el rey lograse el deseo de todo lo bueno á que aspiraba, y los Padres el fruto de la beinaventuranza que les correspondia. Despues se dirigió á los varones ilustres, encargándoles que no se separasen en nada de lo acordado por los obispos del concilio, y que procuraran cumplir todo lo que fuera del agrado de Dios: pues que correspondiendo á tan saludables deseos, complacerian á Dios; y el rey esperaba de este modo ser acepto al Señor, aplicando su favor á lo que decretasen; pues prometia sostener con su poder y con la ayuda de Dios todo lo bueno, justo y piadoso que ordenaran.

Hicieron trece cánones: y aunque en nuestros Códices no llevan epígrafes los supliremos de otra parte. Fue concilio nacional al que concurrieron los metropolitanos de Mérida, Sevilla, Toledo y Braga, ascendiendo el número de todos los obispos á 52.

En este sínodo es donde por primera vez se hallan firmas de Abades con la circunstancia de preceder á las de los vicarios de los obispos: lo que parece extraño: y somos de opinion acerca de este particular que debe atribuirse á inversion de los copiantes; pues se sabe que al vicario le compete el honor de aquel por quien hace las veces, cediendo solamente su puesto al obispo.

Tambien es este el primer concilio en que se hallan firmas de los Varones Ilustres de Oficios Palatinos, cuyos cargos espresaremos traduciéndolos de Pedro Pantino: pues como que se encontrarán con mucha frecuencia en los concilios españoles, nó debemos carecer de su noticia, considerándola ademas nosotros de mucha importancia.

CONCILIUM TOLETANUM OCTAVUM

quingenta duorum pontificum in urbe regia celebratum die xvii calendarum januarum, era dxcxi. Anno quinto orthodoxi atque gloriosi et vera clementiae dignitate praecipui (4) Reccesvinthi regis.

Quum nos omnes divinae ordinationis voluntatis ejusdem principis serenissimo jussu in basilicam sanctorum apostolorum Petri et Pauli ad sacrum synodi coëgisset aggregari conventum, dies tandem laetitiae appetitu diutissimè praeeptatus et gratus adfuit et jucundus, tantò nostri pectoris avidiori voto susceptus, quantò ad remedium salutis extiterat anhelantium praecordiis exquisitus: quumque ex more unusquisque nostrorum ordine suo sedes debitas occupasset et eventum rei tranquillae intentionis expectatio sustineret, adest serenissimus princeps pia religione plenissimus et summo laudum titulo gloriosus, qui sese nostro coetui reddens acclinis ut hunc omnipotenti domino precibus commendaremus, attentis dulcissimis cohortatus est verbis, grates referens Deo virtutum quod suae jussionis implentes decretum in unum fuisset adunati concilium. Sed quum tam piè humilem cognovissemus ejus sanctae animae voluntatem et tam sublimis gloriae celsitudinem sublimiùs videremus acclinem, tanta sumus in Dei gloriam exultatione succensi, ut grates illi debitas et honorem et laeti humiles redderemus et cernui; sed quantò extulerat principem humilitatis ordo, sublimiùs tantò ad exercitia summae virtutis instruebant exempla sacratissimi principis formam nostrae religionis. Tunc relatis Deo laudibus de unitatis alternae proventu magna nos cum tranquillitatis gratia alloquutus est dicens: Etsi summus auctor rerum me divinae memoriae domini et genitoris mei temporibus in regni sedem subvexit atque ipsius gloriae participem fecit, nunc tamen quum ipse requiem aeternarum adeptus est mansionum, ea quae in me totius regiminis transfusa jura reliquit ex toto divina mihi potentia subjugavit. Unde quia regendorum membrorum causa salus est capitis, et felicitas populorum non nisi mansuetudo est principum, votivè decrevi vobis coram positis et votorum meorum deliberationem sanctione patula reserare et studiorum acta sincera exhibitione deferre. At verò quia anhelum pectus sese in promissorum complementa diffundit nec pigredine fessum retardationis oneribus sese summittit, longam prosecutionem compendio brevitatibus adstrinxi, et quidquid productionibus loquelarum in concione diffundere potui, totum in tomi hujus complicamento respersum calamo vestrae sanctitudini offerre decrevi, id magno precatu deliberationis exhortans, ut quaecumque illic deti-

CONCILIO TOLEDANO VIII

de 52 obispos, celebrado en la Ciudad real, el dia 16 de diciembre, era 691, año V del ortodoxo, glorioso y esclarecido por la verdadera dignidad de la clemencia rey Recesvinto.

Habiendo reunido á todos nosotros la ordenacion de la voluntad divina por mandato serenísimo del mismo príncipe, en la basilica de los santos apóstoles, Pedro y Pablo, para celebrar sagrado concilio: el dia en que esto sucedió, deseado por tan largo tiempo, fue en extremo grato y placentero, y recibido con tanta mayor avidez por nosotros, con cuanta le habíamos esperado para remedio de nuestra salud. Y habiendo ocupado segun costumbre cada uno de nosotros la silla que por su órden le convenia, y aguardando un suceso tranquilo, se presentó el serenísimo príncipe rebosando en piedad y gloria, el que inclinándose ante nuestra reunion, para que rogásemos por él al omnipotente Señor, nos habló con atentas y dulces palabras, dando gracias al Dios de las virtudes, porque obedeciendo el decreto de su mandato nos habíamos reunido para celebrar concilio. Y habiendo conocido nosotros la voluntad tan piadosa y humilde de su santa alma, y viendo inclinada la altura de tan elevada gloria, fue tal el gozo que recibimos en gloria de Dios, que le dimos las gracias debidas, y le vimos su saludo alegres, humildes é inclinados. Pero cuanto habia elevado al príncipe el órden de la humildad, con otra tanta mayor sublimidad los egejemplos del sacratísimo príncipe instruian para los egercicios de la suma virtud, que es la forma de nuestra religion. Entonces dadas á Dios alabanzas por el fruto de la mutua unidad, nos habló en estos términos: Aunque el sumo Hacedor de las cosas me colocó en el trono en los tiempos de feliz memoria de mi Señor y Padre, y me hizo participante de la gloria del mismo; sin embargo ahora habiendo él subido á descansar á las mansiones eternas, la potencia divina subyugó enteramente á mí aquellos derechos que me dejó en herencia para el total gobierno. Por lo cual y toda vez que la salud de la cabeza es la causa del buen estado de los miembros, y la felicidad de los pueblos no consiste sino en la mansedumbre de los príncipes, decreté con juramento declarar ante vosotros la deliberacion de mis promesas con una sancion muy terminante, y patentizar con sinceridad mis deseos. Mas porque el anhelante pecho se dilata cumpliendo las ofertas, y temiendo que si le domina la pereza se retarde, reduje á muy poco lo mucho; y cuanto pudiera decir de palabra, determiné ofrecerlo á vuestra santi-

(4) T. U. G. perspicui.

nentur adscripta valido attendatis intuitu, sagaci praescrutemini studio, ac de his quaecumque extiterint placita Deo vestri oris ad nos sacro referantur oraculo. Accepto dehinc oblato nobis tomo agentes Domino gratias acclamavimus: Gloria in excelsis Deo et in terra pax hominibus bonae voluntatis. Post hujus exultationis beatæ gaudium et coelestis gloriæ hymnum eidem sacro principi benediximus, reseratoque dein volumine (2) tomi hæc inibi contexta reperimus.

In nomine Domini Flavius Reccesvinthus rex reverentissimis patribus in hac sancta synodo residentibus: Sancti Spiritus admirabili dono regulam fidei meae solidam tenens et instructam agnoscens atque in honorem ejus diadema gloriæ cum cordis humilitate prosternens, illo lætus auditu quod omnes reges terræ serviunt et obediunt Deo, in reverendi patres excelsiori mihi venerationis honore sublimes, coram vobis advenio, in gratiam mansuetudinis meae vestrae beatitudinis testimonium convocans et ad testimonium visionis vestrae memet coram omnipotentis Dei nutibus tremendis acclinans, referens illi corde læto gratias opulentas, quod vos clementia voluntatis ipsius ex nostræ celsitudinis jussu ad hujus sanctæ congregationis votivum dignatus est deducere coetum, confidens tam mihi quam vobis et in presentium serie temporum et in futurorum longitudine seculorum ejus adesse gratiæ præmium, quoniam et vestrae concordiae in conveniendo unanimem ac religiosum demonstratis affectum et dispositionis meae in regendis populis quam piæ sit properastis patenter agnoscere votum. Nunc igitur quia momenti loquutio longæ dictionis non capit excessum, quid de sancta fide noverim quam coelitus illapsam mihi per sanctorum apostolorum sequentiumque patrum ora cognovi, seu quid de sequuturis negotiis pro quibus hunc conventum vestrae congregationis coadunare percensui intimare decreverim, in hujus tomi serie conscripta tenete ac relecta prænoscite, et cunctis quæ tenori ejus nostræ amplitudinis potestas impressit vestrae beatitudinis gravitas effectum tam promptè ac miseranter impendat, quam nostræ mansuetudinis serenitas hæc vobis implenda commendat. Exordium itaque alloquutionis meae ex definitione sanctæ fidei inchoans, cetera quæ futuris sunt prosecutionibus intimanda velut supra soliditatem petrae constructurus annectam, ut operis mei aedificium congressurus eò sequentia validius ponam quò decentius firmissima prætulerim prima. Itaque coram se reverentia vestra habeat quod nosse non ambigit, me orthodoxæ fidei veram, sanctam et sinceram regulam de corde puro et conscientia bona plenissimè habere, veraciter scire, et firmisimè retinere, atque eam ita complecti, venerari

dad escrito en este pliego, suplicándoos despues de la mas atenta deliberacion, que todo lo que en él se encuentre, lo mireis con detenimiento, lo escudriñeis con sagacidad, y lo que halleis agradable á Dios, nos lo manifesteis por el sagrado oráculo de vuestra boca. Recibido despues por nosotros el pliego ofrecido, dando gracias al Señor, esclamamos: *gloria á Dios en las alturas, y paz en la tierra á los hombres de buena voluntad*. Despues del gozo de esta bienaventurada alegria y del himno de la celeste gloria, bendijimos al mismo sagrado príncipe; y abierto luego el volúmen del tomo, leimos en él lo siguiente:

En el nombre del Señor, el rey Flavio Recesvinto, á los reverendísimos Padres de este sínodo: Por admirable don del Espíritu Santo, teniendo la regla sólida de mi fé, y reconociéndola instruida, é inclinada en honor de ella con humildad de corazón la diadema de la gloria, alegre por haber oido que todos los reyes de la tierra sirven y obedecen á Dios, hé aqui, reverendísimos Padres, sublimes para mí por el honor mas escelso de la veneracion, que me presento á vosotros, convocando en virtud de mi mansedumbre el testimonio de vuestra beatitud, é inclinándome al testimonio de vuestra vision ante los mandatos tremendos del omnipotente Dios, dándole con alegre corazón infinitas gracias por haberse dignado á causa de la clemencia de su voluntad y por mandado de nuestra magestad congregar este santo sínodo, confiando yo y vosotros que tanto en la serie de los tiempos presentes, como en la duracion de los siglos futuros, nos asistirá el premio de su gracia: porque demostrais el unánime y religioso afecto de vuestra concordia en el mero hecho de acudir, y os habeis dado prisa en reconocer patentemente el voto piadoso de mi disposicion para el gobierno de los pueblos. Y como que ahora las palabras del momento no pueden espresar todo lo que hay que decir, he decretado hacer conocer cuál es mi opinion acerca de la santa fé que he aprendido en las palabras de los santos Apóstoles y siguientes Padres, ó qué es lo que he juzgado conveniente sobre los negocios sucesivos para los que os he reunido tomadlo escrito en este tomo, en donde podeis conocerlo leyéndolo repetidas veces; y todas aquellas cosas que á su tenor imprimió nuestra potestad, la gravedad de vuestra beatitud efectúe con tanta prontitud y misericordia, con cuanta la serenidad de nuestra mansedumbre os recomienda que las cumplais. Empezando, pues, mi discurso por la definicion de la santa fé, uniré las cosas sucesivas que deben inculcarse en las futuras sesiones, como si hubiese de construirlas sobre la solidez de una piedra, para que al empezar el edificio de mi obra, ponga lo siguiente con tan-

(2) Æ. T. 4. U. involuto tomo. BR. E. 4. T. 2. involuero.

atque diligere, sicut eam apostolica traditio dedit, sicut eam sancta synodus Nicaena constituit, sicut Constantinopoli sanctorum patrum congregatio definivit, sicut Ephesini primi coetus unitas affirmavit, sicut Chalcedonensis concilii definitio protulit, hanc cum fidelibus servans, ad hanc salvandos infideles invitans (3), in hac subjectos populos regens, hanc propriis gentibus tenendam insinuans, hanc populis alienis annuntians, ut in illa glorificans Deum in tempore mortalium me summae divinitatis felicitas assequatur, et in terra viventium haereditas a me gloriae capiatur. En, reverentissimi patres, quantum ad veritatem fidei sanctae pertinuit ex toto animam meam suae confessionis titulos explicuisse honorificentia vestra pensavit. Jam nunc magnopere arbitror esse mihi opportunius enitendum societati ejusdem verae fidei studia sanctae operationis innectere, ne hanc aut sine operibus mortuam habeamus aut non plenitudinis suae dignitate perspicua decidat inhonesta, dum scriptura non silente de quibusdam infertur qui dicunt se nosse Deum, factis autem negant. Uti ergo hanc fidem supra lapidem illum solidatam quem reprobaverunt quidem aedificantes, idem tamen a Domino factus est in caput anguli et est admirabile in oculis nostris, plenius habeamus ejusque insignibus decentius exornemur, attendite cujus operis fructum cujusque operationis augmentum studiis hujus sanctae fidei consociare velimus et innectere quantocius praeoptemus. Itaque revolutis retro temporibus ita vos omnemque populum jurasse recolimus, ut cujuscumque ordinis vel honoris persona in necem regiam excidiumque Gothorum gentis ac patriae detecta fuisset vel cogitasse noxia vel egisse, irrevocabilis sententiae mulctatus atrocitate nusquam mereretur veniae remedium vel alicujus temperantiae perciperet quaecumque subsidium. At num quia grave onerosumque censetur, dum pietatis actibus gravi contradictione haec sententia resultare perpenditur et sic funditus damnationis astipulatio retinetur, ne pietati quae Apostolo praecinente ad omnia utilis est quocumque aditus reseretur, vestris haec commito fidenti animo sacris pertractanda judiciis ac dirimenda sententiis. Unde jam vestrum erit inspirante vobis miseratione divina ita utriusque discriminis temperare mensuram, ne aut juramenti conditio teneat reos aut impietatis ultio habeat inhumanos, sicque vestri nos instruat forma judicii, ut subjectos populos nec in profanationibus habeam subditos, nec impietatis vinculis doleam comminutos: post hujus conventionis alloquium sequentium nectens causas negotiorum similique subjungimus vos intendere attentione. Decernimus attestantes universitatem vestram per summae divinitatis coaequalem et coaeternam et in-

ta mayor firmeza, con cuanta mayor haya colocado lo primero. Asi, pues, vuestra reverencia tenga ante su vista lo que no duda que conozco, á saber, que observo la verdadera, santa y sincera regla de fé ortodoxa con pureza de intencion y buena conciencia, que la profeso verisimamente, y que la retengo con muchísima firmeza: y que la abrazo, venero y amo como la enseñó la tradicion apostólica, como la estableció el santo concilio de Nicea, como la definió la congregacion de los santos Padres de Constantinopla, como la afirmó la unidad del primer concilio de Efeso, y como lo manifestó la definicion del sínodo de Calcedonia: observando esta en compañía de los fieles, é invitando á ella para salvar á los infieles, y gobernando con ella á los pueblos sometidos, amonestando á que la observen las propias gentes, anunciándola ademas á los pueblos agenos, para que glorificando á Dios en ella, la felicidad de la suma divinidad me toque entre los mortales, y la herencia de la gloria sea conseguida por mí en la tierra de los vivientes. Por eso, reverendísimos Padres, cuanto perteneció á la verdad de la santa fé vuestra honorificencia consideró que mi alma podia esplicarlo del todo en los títulos de su confesion. Pero con todo juzgo que me es mas oportuno unir á la misma verdadera fé los estudios de la santa operacion que intentamos, para que ó no tengamos esta muerta sin obras, ó no caiga deshonrada desde la esclarecida dignidad de su plenitud, siendo asi que de las palabras de la escritura se infiera que algunos dicen que conocen á Dios, y en los hechos lo niegan. Y para que esta fé apoyada sobre aquella piedra que reprobaron los que edificaban, y que sin embargo fue hecha por el Señor cabeza del ángulo, y es admirable á nuestros ojos, la tengamos mas plenamente y la adornemos con mas decencia con sus insignias, atended al fruto del trabajo y al aumento de obras que queremos unir con los estudios de esta santa fé, y que descamos sea cuanto mas antes. Asi, pues, pensando en los tiempos anteriores, recordamos que vosotros y todo el pueblo juró que la persona de cualquier órden ú honor á quien se probare que maquinaba contra la vida de los reyes, y de la gente de los godos, ó á quien se hallase culpable de algun pensamiento ó acto que tendiera á esto, fuese castigada con la atrocidad de sentencia irrevocable, no mereciendo jamás el perdon ni disminucion alguna en la pena. Mas porque ahora se juzga grave y onerosa esta sententia y en contradicion con la piedad, á fin de que á esta no se cierre la puerta, pues, segun el Apostol, es útil para todas las cosas, encargo á vuestros sagrados juicios con la mayor confianza que lo trateis maduramente. Por lo que pertenecerá de aqui adelante á vo-

(3) BR. invitans.

separabilem Trinitatem, atque illius mysteria sacramenti, quod incarnatum Dei Filium de Spiritu Sancto et Maria virgine pro salute mundi vera fides in toto corde denuntiat, atque ejusdem adventum Jesu Christi filii Dei domini nostri quo perimendi sunt impii, et regnum ejus quò glorificandi sunt sancti, ut quaecumque negotia de quorumlibet querela vestris auditibus extiterint patefacta, cum justitiae vigore misericorditer et cum temperamento miserationis justissimè cum nostra conniventia terminetis; in legum sententiis quae aut depravata consistunt aut ex superfluo vel indomito conjecta videntur, nostrae serenitatis accomodante consensu, haec sola quae ad sinceram justitiam et negotiorum sufficientiam conveniunt ordinetis; canonum obscura quaedam et in dubium versa in meridiem lucidae intelligentiae reducatis, omniumque negotiorum conventus ordinumque status qui in vestram extiterint devoluti praesentiam ita majorum regulis concordantes justissimè, piè ac temperanter constituere studeatis, ut et mihi quia studiorum fructum honorum anhelò pars beatorum adveniat, et vos quoniam implentes voluntatem Dei me non spernitis imprecantem regio beatitudinis aeternae suscipiat, et visio delectationis Dei sibi perenniter inhaerere concedat. Vos etiam illustres viros, quos ex officio palatino huic sanctae synodo interesse mos primaevus obtinuit ac nobilitas expectabilis honoravit et experientia aequitatis plebium rectores exegit, quos in regimine socios, in adversitate fidos et in prosperis amplector strenuos, per quos justitia leges implet miseratio leges inflectit, et contra justitiam legum moderatio aequitatis temperantiam legis extorquet, adjurans obtestor per omne illud admirabile et solum unius sacrae fidei sacramentum, quo venerabilem omnium sanctorum patrum sum obtestatus conventum, ut ad tantae (4) veritatis ac discretionis justissimae formulam ita animos dirigatis, ut nihil a consensu praesentium patrum sanctorumque viro- rum aliorum mentis ducentes obtutum quidquid innocentiae vicinum, quidquid justitiae proximum, quidquid a pietate non alienum vel soli Deo cognoveritis existere placitum, instanter, modestè et cum omni dignemini intentione complere, scientes quia in eo quòd haec mea salubria vota completis vos Deo amabiles assignatis, et in eo quòd decretorum vestrorum edicta favoris exhibitione corroboro, me vobiscum simul Deo placitum assigno. In commune jam vobis cunctis et ex divino cultu ministris idoneis et ex aula regia rectoribus decenter electis, divini nominis adjuratione constrictis, adjicio consensionis meae verum purumque promissum, ut quodcumque justitiae aut pietati salutarique discretionem vicinum decernere seu adimplere cum nostro con-

sotros mediante inspiracion divina mitigar la pena del juramento para evitar ambos extremos: y asi la forma de vuestro juicio nos instruya para no tener á los pueblos que gobernamos sujetos á las profanaciones, ni me arrepienta de que se hayan disminuido por los vínculos de la impiedad. Despues de ejecutar lo referido os encargamos que en los negocios siguientes presteis la mayor atencion. Decretamos atestiguando con vuestra universidad, por la coigual y coeterna é inseparable Trinidad de la suma Divinidad, y por los misterios de aquel sacramento por el que la verdadera fé de todo el mundo manifiesta que el hijo de Dios encarnó del Espíritu santo y de Maria Virgen por la salud del mundo, y por la venida del mismo Jesucristo, hijo de Dios, Señor nuestro, por el que han de ser destruidos los impíos y su reino en el que han de ser glorificados los santos, que cualesquiera negocios que por quejas de algunos se hicieren patentes á vuestros oidos, los termineis con el vigor de la justicia misericordiosamente, y templándola con la piedad: y con nuestro beneplácito ordeneis en las sentencias de las leyes lo que ó está depravado ó apreçe unido con cosas supérfluas ó inválidas, acomodando el consentimiento de nuestra serenidad, á solas aquellas cosas que convienen á la sincera justicia y á la suficiencia de los negocios. Reducid á la claridad del mediodia las obscuridades y dudas que se encuentran en los cánones; y tratad de concordar con justicia, piedad y templanza todos los negocios que se presentaren á vuestra audiencia, poniéndoos en armonía con las reglas de los mayores, para que tenga yo parte, por anhelar el fruto de los buenos estudios, con los bienaventurados, y vosotros, porque cumpliendo la voluntad de Dios, no me despreciais, entreis en el reino de la bienaventuranza eterna, y os conceda Dios verle perennemente. Tambien ante vosotros, ilustres varones de Palacio, á quienes la costumbre antigua ha dado derecho de asistir á este santo sínodo, y á quienes honró la clara nobleza, y á quienes la esperiencia de vuestra justicia ha hecho gobernadores de las plebes, á quienes tomo por socios en el gobierno, fieles en la adversidad, y fuertes en la prosperidad, mediante los que la justicia cumple con la ley, y la misericordia la mitiga, y en contra de la justicia de las leyes la moderacion de la equidad las templa, atestiguo con juramento por todo aquel admirable y solo sacramento de una fé sagrada, por el que he jurado ante la reunion de todos los santos Padres, que dirijais vuestra intencion á la fórmula de tanta verdad y discrecion justísima, para que no separándoos del consentimiento de los Padres presentes y de los santos varones, cualquiera cosa que conozcais que está vecina á la inocen-

(4) In reliquis praeter A. et E. 3. cunctae.

sensu elegeritis, omnia favente Deo perficiam et adversus omnimodam controversiarum querelam principali auctoritate muniam ac defendam. Praemissis illis quae ad domesticos fidei regulae veritatis pertinuisse probavit, adhuc aliud a beatitudinis vestrae conventu ejusdem fidei aviditas sancta deposcit, connectente me in sequestrationis confinio causam quae a nostro dogmate probatur extranea, quam licet per me lucrari Christus exoptet, inimicam sibi tamen esse non ambigit, donec quod ardentem optat evidenter obtineat: judaeorum scilicet et vitam moresque denuncio, quorum tantummodo novi terram regiminis mei pollutam esse peste contagiis; nam quum Deus omnipotens omnes ex hac regione radicitus extirpaverit haereses, hoc solum sacrilegii dedecus remansisse dignoscitur, quod aut nostrae devotionis instantia corrigat aut ultionis suae vindicta disperdat. Ex his enim quosdam traditionis errore vetustae video retinere jura perfidiae, quosdam verò sacri baptismatis expiatis ablutione ita in apostasiae doleo relapsos errorem, ut detestabilior inveniatur in eis profanatio blasphemiae, quam in illis quos nondum constat purificatos esse regenerationis sacrae liquore. Pro quo bonae intentionis (5) agone et lucro fidei verae obsecro reverentiam beatitudinis vestrae atque per supra taxatum contestor tremendae conjurationis tenorem, ut absque omni favore, absque omni personarum partis ipsorum acceptione quidquid ad domini et redemptoris mei Jesu Christi veram fidem verumque pertinet ad honorem (6), de his jubeatis ardentem et verissimè Deo ac fidei meae placitam sententiam dare, ut sicut mihi divina pietas regimen fidelium dedit cum quibus se a me glorificari cognoscit, ita quoque infidelium assequi tribuat lucrum, in quibus et voluntatis suae fieri bonum et ejus advenisse congaudeam venerabile regnum. Datum sub die XVII calendarum januarium anno feliciter quinto gloriae regni nostri.

In nomine Domini Flavius Reccesvinthus rex hanc fidei et bonae voluntatis meae deliberationem manu mea subscripsi.

cia, próxima á la justicia y no agena á la piedad, y agradable á solo Dios, os digneis cumplirla al momento con modestia y con buena intencion: sabiendo que cumpliendo estos mis votos saludables os haceis amables á Dios: y en aquello con que corroboro los edictos de vuestros decretos, mostrándoos favor, creo que he de agradar á Dios en union vuestra. Reunidos todos vosotros, ministros idóneos para el divino culto, con los rectores del Palacio Real, despues de haber jurado por el nombre divino, añado la verdadera y pura promesa de mi consentimiento; para que cualquiera cosa que decretareis conforme á la justicia ó piedad y á la discrecion saludable, cumplirla mediante nuestro consentimiento, todo lo concluiré con el favor de Dios, y lo fortificaré y defenderé contra toda queja de controversia, empleando para ello la autoridad de príncipe. Tratadas previamente aquellas cosas que la regla de verdad probó haber pertenecido á los domésticos de la fé; aun la avidez santa de la misma fé pide mas á la reunion de vuestra beatitud, uniéndome en el término de la secuestacion á la causa que se prueba ser estraña á nuestro dogma, la cual, aunque Cristo desea que sea lucrada por mí, sin embargo no dudo que es enemiga de él hasta tanto que obtenga con evidencia lo que con ardor desea. En su consecuencia denuncio la vida y costumbres de los judios, de los cuales solos sé que por esta peste está profanada la tierra de mi mando; pues habiendo el Dios omnipotente esterminado de raiz todas las heregias de este reino, se sabe que solo ha quedado esta deshonor de sacrilegio, el que ó corregirá la instancia de nuestra devocion, ó perderá la venganza de su castigo. Veo, pues, que algunos de ellos á causa del error antiguo mantienen los derechos de la perfidia; y tambien me duele de que algunos, despues de haber sido lavados con el sagrado bautismo caen en el error de la apostasia; de modo que es mas detestable en estos la profanacion de la blasfemia, que en aquellos de quienes no consta que todavia se hayan purificado con el agua de la regeneracion sagrada. Por cuyo certámen de buena intencion y lucro de la verdadera fé ruego á la reverencia de vuestra beatitud, y atestiguo conforme al ya manifestado tremendo juramento, que sin favor alguno y sin acepcion de personas de su secta, de cuanto pertenece á la verdadera fé y al verdadero honor de mi Redentor Jesucristo, mandeis con ardor y con toda verdad dar sentencia que agrade á Dios y á mi fé; para que asi como la piedad divina me dió el régimen de los fieles, con los cuales conoce que se glorifica por mí; del mismo modo me conceda obtener la conversion de los infieles, en los cuales me alegre de haber egecutado

(5) Ex reliquis praeter A. in quo: actionis.

(6) In reliquis praeter A. et E. 3. amorem.

su voluntad, y de haberlos atraído á su venerable reino. Dado el día 17 de diciembre el año V d nuestro feliz reinado.

En el nombre del Señor, Flavio Recesvinto, Rey, suscribí de propia mano y buena voluntad esta profesion de fé.

I.

De catholicae fidei plenitudine.

Relecta (7) tomi (8) pagina vel finita, quum glorificassemus Deum de fidei principalis auditu et de bonae voluntatis ejus affectu, ad peragendum causarum negotium ceterarum statim vertimus animum simulque sumus exorsi iudicium. Tunc primae narrationis exortu in verae fidei nobis tractatus occurrit, ut incipientes de illa primitus loqui, inde soliditatis auspicemur exordium, unde sacrae sumpsimus nativitatis initium, quatenus assertionum nostrarum forti praemissa sententia quidquid subsequenter adveniret de actis negotiorum fortiori subsistere valeat serie decretorum. Itaque unius sacrae fidei veram professionem veramque regulam tenere nos tota virtute animi et profiteamur et acclamamus, cunctisque percipiendam ac retinendam plena deliberatione incessanter praedicamus et pandimus, sicut a sanctis apostolis ostensa docetur, sicut a sequentibus patribus orthodoxè disserta probatur, sicut etiam in sanctis illis synodalibus gestis verissimè confirmata dignoscitur, in quibus Arii, Macedonii, Nestorii vel Eutychetis insanissimus error et dilucidè proditur et radicitus extirpatur, sicut denique in sacris missarum solemnitatibus concordí voce profiteamur ac dicimus:

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem coeli et terrae, visibilium omnium et invisibilium conditorem: et in unum dominum Jesum Christum filium Dei unigenitum, ex Patre natum ante omnia secula, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum, non factum, homousion Patri, hoc est ejusdem cum Patre substantiae, per quem omnia facta sunt quae in coelo et quae in terra, qui propter nos et propter nostram salutem descendit et incarnatus est de Spiritu Sancto et Maria virgine homo factus, passus sub Pontio Pilato, sepultus tertia die resurrexit, ascendit in coelos, sedet ad dexteram Patris, inde (9) venturus in gloria iudicare vivos et mortuos, cujus regni non erit finis: credimus et in Spiritum Sanctum dominum et vivificantem, ex Patre et Filio procedentem, cum Patre et Filio adorandum et glorificandum, qui lo-

(7) E. 4. Relata.

(8) Ex reliquis praeter A et E. 3. in quibus: omni.

I.

De la plenitud de la fé católica.

Releído ó concluído el pliego, y habiendo glorificado á Dios por haber oído la profesion de fé del príncipe, y por el voto de su buena voluntad, inmediatamente nos dedicamos á proveer acerca de las demas causas, abriendo al mismo tiempo el juicio. Lo primero de que nos ocupamos fué de la profesion de la verdadera fé, para que empezando á hablar ante todo de ella, tomemos el principio de la solidez de donde hemos tomado el de la sagrada natividad; porque precedida una fuerte declaracion de nuestras creencias, cualquier negocio que en lo sucesivo ocurra puede decidirse con mas fuerte serie de decretos. Por lo tanto profesamos y aclamamos y predicamos é inculcamos la verdadera regla de una sola sagrada fé á todos incesantemente y con plena deliberacion que la observen y retengan en los términos en que la enseñaron los santos Apóstoles, y como está aprobada ortodoxamente por los siguientes Padres; como se encuentra confirmada con toda verdad en aquellas santas actas sinodales, en las que se manifiesta y se estirpa de raiz el error perniciosísimo de Arrio, Macedonio, Nestorio y Eutiches, y finalmente como la profesamos y decimos con voz unánime en las sagradas solemnidades de las misas.

Creemos en un solo Dios, Padre omnipotente, hacedor del cielo y de la tierra, y criador de todas las cosas visibles é invisibles, y en un solo Señor Jesucristo, Hijo unigénito de Dios, nacido del Padre antes de todos los siglos, Dios de Dios, luz de luz, Dios verdadero de Dios verdadero, nacido, no hecho, consustancial al Padre, esto es, de la misma sustancia que el Padre, por quien se hicieron todas las cosas que existen en el cielo y en la tierra; el que por nosotros y por nuestra salvacion descendió y encarnó del Espíritu Santo y se hizo hombre de Maria Virgen; padeció bajo Poncio Pilatos; y sepultado resucitó al tercer dia, subió á los cielos; está sentado á la diestra del Padre, desde donde vendrá con gloria á juzgar á los vivos y á los muertos; cuyo reino no tendrá fin. Creemos tambien en el Espíritu Santo, Señor y vivificador, que procede del Padre y del Hijo: que debe ser adorado y glorificado con

(9) BR. iterum.

quatus est per prophetas: in unam catholicam atque apostolicam ecclesiam: confitemur unum baptisma in remissionem peccatorum, expectamus resurrectionem mortuorum et vitam futuri seculi. Amen.

Hujus sanctae fidei regula idcirco nunc tractatum non recipit aperturam, quia et a sacris doctoribus abundè constat expositam, et imminentium causarum negotia nos ad alia pertrahunt peragenda.

## II.

De incauto juramento.

Secundae disputationis occursu adfuit negotium tam difficile quàm et grave, in quo de re- fugis atque perfidis disputatione commota, utrùm ne posset eorundem temperari sententia damnatorum, magno satis conatu est exquisitum. Sed quum illarum series conditionum, ad quas decursis non longè temporibus pro penuria hostilitatis vastitas nos jurare coëgerat, nostris esset auditibus recensita, tantam reperimus obligationis illic inesse texturam, ut macularum suarum nodositas non tantùm videretur prohibitionem dedisse transgressionum quantum conclusisse viscera pietatum. Aderat enim quod in utroque pavor agebat, et ne sancti nominis profanatio fieret et ne miserationis operatio interiret, quia et ex Dei nominis profanatione non aberat quod terrebat et ex prohibitione pietatis aderat quod taedebat, dumque alterno periculorum objectu se prolatae sententiae compugnarent, periclitabamur ancipites in bifido partium dissidentium calle, quo diremptionis tramite iudicium properaret; sed quum gressibus disputationis nostrae sese difficultatis congressio devia objecisset, properandi tandem relicto discrimine, cum fragore singultuum et imbris lacrymarum ad Deum qui pietatis fons est verba simul et corda convertimus.

Aspira, Sancte Spiritus, et ducito nos in portum voluntatis tuae, sedatis fluctibus ignorantiae nostrae: ecce enim periculorum syrtes in littore cursus nostri pervenimus atque hinc de obviantibus naufragiorum obicibus quò dispositionis nostrae vela pandamus attentionis consideratione non cernimus. Sed aspira rursus, Sancte Spiritus, et dato nobis te donante nosse quid jubeas ac te juvante implere posse quod jusseris, ut et perlustrando illumines quod nescimus et adjuvando perficias quod implere pavemus. Si jam ergo in te requiescentes, erroneorum fluctuum pavoribus abdicatis, commercia nos jubes disponere pacis, inchoemus illa quae et in gloriam tuae omnipotentiae conferantur et humanae salutis te annuente donentur. Temporibus non procul excursis quum quorundam refuga-

el Padre y con el Hijo, el que habló por medio de los Profetas: y en una católica y apostólica Iglesia. Confesamos un solo bautismo para la remision de los pecados: esperamos la resurreccion de los muertos y la vida del siglo futuro: Amen.

La regla de esta santa fé no se espone ahora con latitud, porque consta que está tratada ampliamente por los sagrados Doctores; y porque los negocios de las causas urgentes nos conducen á otras cosas.

## II.

Del juramento incauto.

En la segunda conferencia se ofreció tratar de un negocio tan difícil como grave, esto es si con los que se pasaron al enemigo y con los pérfidos podria ó no templarse la sentencia de condenacion. Pero como la série de aquellas condiciones, á las que no hace mucho tiempo que la estension de la hostilidad nos habia obligado á jurar por el castigo de ellos, hubiese llegado á nuestros oidos, nos convencimos de que semejante proceder no tanto parecia no haber prohibido las defecciones, cuanto que habia cerrado las entrañas de la piedad. Pues sucedia que obraba el pavor en ambas partes; y para que no se profanara el sagrado nombre, ni se cerrara la puerta á la misericordia; porque de la profanacion del nombre de Dios no se alejaba lo que atemorizaba, y de la prohibicion de la piedad resultaba lo que causaba tedio: y como que las opiniones eran encontradas nosotros nos hallábamos dudosos para dar nuestro fallo. Pero habiéndonos acercado mas á la dificultad en el curso de la disputa, y para resolverla con mas acierto nos presentamos ante Dios con sollozos y lágrimas, pidiéndole que como fuente copiosa de la piedad iluminara nuestras palabras y corazones.

Inspíranos, Santo Espíritu, y condúcenos al puerto de tu voluntad, calmadas las olas de nuestra ignorancia; porque hemos llegado en nuestra carrera á los escollos de los peligros, y no vemos la forma de evitarlos para navegar. Pero inspíranos otra vez, Santo Espíritu, y haz por tu mediacion que conozcamos tus mandatos, y que podamos cumplirlos; para que reflexionando sobre ellos nos hagamos saber lo que ignoramos, y ayudándonos, concluyas lo que tenemos miedo de cumplir. Pues si descansando ya en tí, y depuestos los pavores de las olas erróneas, mandas que nos dispongamos á la paz, empecemos por aquellas cosas que redundan en gloria de tu omnipotencia, y son otorgadas por tí para la humana salvacion. No hace mucho tiempo que habiéndose movido una sedicion tumultuosa por algunos tráfugas, la

rum tumultuosa seditio frequenter vastationes terris inferret, et scandala populis cum excidiis irrogaret, adeo ut captivorum turmas reducere et desolationes terrae quae tali concussae sunt peste quilibet conatus nequeat reparare, exactum est vi potius necessitatis exortae quam deliberatione iudicii, ut contra eosdem eisdemque simillimos cum omni fere populo acerrima iuramenta daremus, unde jurasse nos per attestationem divini nominis conditio iuramenti demonstrat, et ne resolvi queat sacrae scripturae auctoritas instat; scribitur namque in Exodo: *Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum, nec enim insontem habebit Dominus eum qui assumpserit nomen Domini Dei sui frustra.* Item in Levitico: *Non perjurabis in nomine meo, nec pollues nomen Domini Dei tui: ego Dominus.* At verò quia illata praessurarum acerbitas resolvi possit ac debeat tam vinculorum et lamentorum horror insinuat, quàm ejusdem auctoritatis Dominicae praecepta commendat: etenim juxta veterem translationem ita quosdam per Isaiam gravi exprobratione Dominus increpat dicens: *Vae filii desertionis, dicit Dominus: fecistis consilium non per me et sponsionem, non per spiritum meum, adjicere peccatum super peccatum.* Item Jeremias: *Iniquitates nostrae declinaverunt ista et peccata nostra amoverunt bona a nobis, quia inventi sunt in populo meo impii et laqueos statuerunt ad dispergendos viros et comprehenderunt; ut laqueus stans plenus volatilibus, sic domus eorum plena dolo.* Et per Michaeam: *Eheu mihi anima, quia periit revertens ad terram, et qui corrigat inter homines non est; omnes in sanguine judicantur: unusquisque proximum suum tribulat tribulatione; in malum manus suas praeparant.* Ad beneficentiam certè quae divinis oculis tantò est gratior, quantò et invenitur esse praestantior, sic nos Isaias instruit dicens: *Dissolve colligationes impietatis, solve fasciculos deprimentes.* Paulus etiam vas electionis: *Pietas ad omnia utilis est.* Et Iacobus: *Judicium sine misericordia illi qui non fecerit misericordiam; superexaltat autem misericordia iudicium.* Joannes item: *Qui odit fratrem suum homicida est, et scitis quia omnis homicida non habet vitam aeternam in se manentem?* Et per semetipsum Veritas: *Diligite inimicos vestros, benefacite his qui vos oderunt: et iterum: Dimittite et dimittetur vobis; si autem non dimiseritis, nec Pater vester coelestis dimittet vobis peccata vestra.* Ecce sunt dominicae jussionis hinc inde astipulata firmissima cautione praecepta, ac proinde quia sunt divini oris prosecutione taxata, permanebunt per omnia aeterna lege praefixa. Quid ergo? numquid aut iuramenti justitiam aut misericordiae pacem sibi contraire narrabimus, dum scriptum sit: *Misericordia et veritas obviaverunt sibi, justitia et pax se complexae sunt?* Aut quia controversiarum lapsus sese

TOMO II.

que ha destruido con frecuencia la tierra, y ha escandalizado á los pueblos con graves pérdidas, de modo que no puede reducir ningun conato las bandas de cautivos, ni reparar las desolaciones de la tierra, que con tal peste se han originado, se nos exigió mas bien por la fuerza de la necesidad que por un juicio deliberado, que contra estos y otros semejantes, juráramos en union de casi todo el pueblo su esterminio; y atendida la condicion de semejante juramento hecho por el nombre divino no puede ser dispensado segun la autoridad de la Escritura, pues se lee en el Éxodo: *no tomarás el nombre del Señor tu Dios en vano: porque el Señor no tendrá por inocente, al que tomare el nombre del Señor su Dios en vano.* Y en el Levítico: *no jurarás falso en mi nombre, ni amancillarás el nombre de tu Dios: yo el Señor.* Mas que la severidad de las penas pueda y deba dispensarse lo aconseja tanto el horror de las persecuciones y lamentos, quanto los preceptos de la misma autoridad divina; pues segun la antigua Version, el Señor reprende á algunos por medio de Isaias con grave amenaza, diciendo: *¡Ay de los hijos que desiertan para formar designios, y no de mí, ni por mi espíritu, para añadir pecado sobre pecado!* Y por Jeremias: *nuestras maldades desviaron estas cosas y nuestros pecados apartaron el bien de nosotros, porque se han hallado en mi pueblo impios, que ponen asechanzas, como cazadores de aves, poniendo lazos y pihuelas para cazar hombres; como orzuelo lleno de aves, asi las casas de ellos llenas de engaño.* Y por Miqueas: *¡Ay de mí, porque faltó el santo de la tierra, y entre los hombres no hay uno que sea recto, todos ponen asechanzas á la sangre, cada uno anda en caza de su hermano para matarle!* Isaias nos aconseja la beneficencia, que es tanto mas grata á los ojos de Dios quanto mejor es, valiéndose de estas palabras: *rompe las ataduras de impiedad, desata los hacecillos que deprimen:* Y San Pablo, vaso de eleccion, se explica así: *la piedad es útil para todos.* Y Santiago porque se hará juicio sin misericordia, á aquel que no usó de misericordia, y la misericordia triunfa sobre el juicio. Y San Juan: *cualquiera que aborrece á su hermano es homicida: ¿y sabeis que ningun homicida tiene vida eterna que permanezca en sí mismo?* Y la Verdad por sí misma: *amad á vuestros enemigos, haced bien á los que os quieren mal: perdonad, y sereis perdonados, dad y se os dará; y sino perdonais, tampoco os perdonará vuestro Padre celestial que está en los cielos.* Hé aquí confirmados por mandato divino estos preceptos; y por lo tanto, y porque salieron de la boca divina, permanecerán fijos eternamente por una ley eterna: y qué acaso diremos que hay contradiccion entre la justicia

93

